



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Elementa Doctrinae De Circvlis Coelestibvs, Et Primo  
Motv**

**Peucer, Kaspar**

**Vitebergae, 1576**

**VD16 P 1990**

Primum discriminem.

---

---

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56559](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56559)

Tertium  $\pi\acute{o}\pi\iota\sigma\mu\alpha$ .

Cognitis differentijs ad unam zodiaci partem congruentibus, innotescunt & reliquæ. Omnium enim quadrantum pares ad equatorem sunt habitudines: Quare sicut crescunt ab initio Arietis ad principium Cancris, ita ab hoc minuuntur in finem usque Virginis.

Quartum  $\pi\acute{o}\pi\iota\sigma\mu\alpha$ .

Quia Horizonte mutato, ascensiones obliquæ variantur, ideo quod angulus inclinationis æquatoris ad Horizontem illico mutatur, ipse vero Horizon tanto fit obliquior & declinior, quanto alter polorum assurgit altius: Itaque ad singulos gradus latitudinum, peculiare differentiarum ascensionum tabulæ supputandæ sunt, quibus expeditis & preparatis, ascensionum tabulæ facillime confici possunt, differentijs in hemicyclo septentrionali zodiaci, ut dictum est, deductis ab ascensionibus rectis, in altero opposito adiectis.

Sequitur collatio Sphæræ vtriusque,  
Rectæ & Obliquæ.

## Primum discrimen.

In sphaera recta, quatuor quadrantes zodiaci, à quatuor punctis Cardinalibus inchoati, simul

O + cuncta

emergunt cum quartis equatoris vicinis. Cum quolibet vero hemicyclo zodiaci, vndeunq; initium sumat, oritur hemicyclium equatoris, propterea quod, vt supra dictum est, opposita signa habent equales ascensiones. In sphaera obliqua cum nullo zodiaci quadrante, quocunq; in loco principium statuatur, quadrans equatoris pariter exortitur, imo duo tantum, confinia hemicyclia istorum circularum, punctis equinoctialibus absisa & definita, simul emergunt: cum aliunde inchoatis quibuscunq; plus minusue de equatore euehitur.

### Secundum discrimen,

Ascensiones rectae arcuum, qui succedunt initio Arietis, in toto hemicyclo Septentrionali, obliquas superant. Ideoq; differentia ascensionalis, a rectis subducta ascensionibus, obliquas relinquit. Reliquorum arcuum, principium Librae consequentium, obliquae ascensiones vice versa, excedunt rectas. Idcirco differentia ascensionalis rectis accommodata exortibus, obliquos gignit.

### Tertium discrimen.

Arcuum vero discretorum, qui non continue serie ab alterutro punctorum equinoctialium, sed ab alio quouis initio computantur, alia ratio est.

signa